



Occasionalia VI-181
potissimum carmina
vol. 2i. ~~2i~~

Centur. ~~2~~ quing.

VI-181.

Ung VI 181



APPLAUSUS VOTIVI,
QUIBUS

VIRO

Magnifico, Summe Venerabili atq; Excellentissimo,

DOMINO

JOAN. ANDREÆ

GLEICHIO,

Theologo Saxoniae celebratissimo, & Concionatori
in Aula Regio-Electorali Seniori Svavissimo,

*VIRO de Ecclesia Puriore, & Orbe Literato
longe meritissimo,*

^a Potentissimo Poloniarum Rege & Electore
Saxoniae Serenissimo,

Domino nostro Clementissimo;

ad Consilarii in Proto-Synedrio & Ec-
clesiasticis per Saxoniam Rebus,

Amplissimum Munus

A. O. R. M D C C XXII. d. XIII. Septembr.
solemni ritu evecto

Feliciter! acclamabat,

Seq; submisit commendatum ibat
Candidatorum Presbyterii

Par.

DRESDÆ, Literis CRUSIANIS,



ADverte sensus, quæ vel in æthere
DEUM otiosi, vel moderatier
Mortalium acta non probanda
Lance putas, scelerata turba.

Quæ totus Orbis magnificè patet,
Tanquam in theatro sunt Sapientiar
Exempla clara, suntq; Diæ

Justitiæ manifesta signa.

Dispensat æquo pondere præmia

Pœnasq; factis; evehit altius,

Qvos scit sui juris tenaces,

Deprimit at reprobos ad Orcum,

En! providentis Numinis incluta

Effecta; Nostis vos dubio procul.

Qvem novit eruditus orbis,

GLEICHIADEM, Columnen Stonis,

Decusq; Dresdæ, gloria quem super

Urbesq; terrasq; & vaga littora

Evexit, & cursu citato

Per populi tulit ora Fama;

Laudare quem qui veller, in æquore

Circumnataret non superabili

Laudum carinis, perq; transtra

Garrula, ceu vagabundus, iret.

Namq; in timendum Religio DEUM,

Et Fas, & æqui strenua Veritas,

Mentisq; Candor non dolosæ,

Certa locant monumenta laudum.

Accedit illuc sub penetralibus

Formata sanctis nobilis Indoles,

Et Comitas, morumq; fixa

Temperies, similisq; Vultus,

Sive ætuoosis Sortis inhorrut

Procella sævæ fluctibus, æquoris

Seu pace consensere facta

Murmura, difficilesq; venti,

Qvos pro verendo nomine Numinis

Habet labores, provehit excitis

Aurora bigis, dissipatq;

Hesperus Occiduis caballis,

Hinc tot per orbem docta Volumina
 Sparfit, futuris æmula feculis,
 Spargitq; , provocatq; nomen
 Saxonicae elogiumq; gentis,
 Subfiste Musa, & dicta decemplici
 Confringe, nodo. Auguftior, left gradus
 Laudumq; Virtutumq; **GLEICH**
 Quam levibus qveat ut labelis
 Enunciari; Non nisi Regia
 Poloniarum Principis indoles
 Præconiis his **GLEICHIANIS**
 Sufficit ex merito explicandis.
 Tanto Brabeuta gaudet, & invidæ
 Effusa turbæ murmura despicit,
 Gaudetq; plaufibus honorum
GLEICHIADIS merito Virorum.
 Jo! vocatum est, ter reſonabile
 Reſpondit Jo! Patria cum ſua
 Applauſit Aula, cumq; Templis
 Oppida, cum Fluminibusq; Rura.
 Jo! Senatum **GLEICHIVS** in Sacrum
 Vocatus, Jo! jungite plaufibus
 Plauſus, & una voce **GLEICH**
 Indubiam celebrate ſortem.
 Rex ipſe honores addet honoribus
 Benignus auctis, omina ſi valent
 Quicquam Poëtæ, præcinitq;
 Fandicis lyra tacta Muſis.
 Ergo reclusis vota dicabimus
 Intaminati pectoris abdytis,
 Pro **GLEICHII** ſalute, Cætus
 Proq; Sacri incolumi ſalute.
 DEus, tremendo Numine qui regis
 Res univerſas, dirige ſingulas,
 Qvas tentat in tuos honores,
GLEICHIADIS validi actiones,
 In duplicatis redde laboribus
 Conduplicata in robora corpore,
 Mentisq; cæleſtis favoris
 Semina centuplicata trade.
 Sic Fauſtitras, Pax, Lætaq; Secula
 Circa puſillum Chriſtiadum gregem
 Stabant, tuasq; propter aras
 Viſtima perpetuo feretur.
 Et Ipſe Diis vivus honoribus
 Lucebo focus. Spes etenim ſubeſt
 Non vana Vati, nunc futura
 Frenkelio meliora fata.

Tenui hoc carmine honoribus Magnifici Domini
 GLEICHII litavit, ſeq; gratiæ Ipſius, impoſterum
 continuandæ, commendavit

M. Joannes Gottlob Frenkelius,
 Oſtitiensis,



Atidico repleta crebro sunt nomina sensu;
 Autorisq; sui signa secunda gerunt,
 Atq; tot in mundo spectas ex nomine habentes
 Omen, ut ex ipsis vix numerare queas
Fridricos placidos, Salomones pacis amantes,

Contentos Paulos, absq; timore Petros,
 Intrepidus animo Carolos, folamine plenos
Noachos, sanctos pectore Christophoros.

In Te, GLEIADIUM de semine Maxime, Sacri
 In patriis terris splendide Confe fori,

Nominibus dignos spectamus currere mores,
 Moribus an potius nomina digna dari?

Nomen *Joannis* plenum notat esse favoris,
 Alterum at *Andreas* omne virile decus;

His si jungatur virtutis nomen avitæ,
 In trino referes nomine Theiologum.

Gratia de Primo manat, quam ex fonte salutis
 In nos deducis flumine dulcifluo.

Legis rigorem, Jus divinumq; Secundum
 Dio tradendum robore, nomen habet.

Postremum vero dum Tu meditabere nomen;
 Cuiq; suum ex merito rite referre voles,

Huic mittes horrenda tonitrua Legis; at illi
 Nuncia melliflui grata Ministerii.

Quid mirum est igitur, quod Te Sacra Curia magni
 Ornet ab *Augusti* Principis auspicio?

Tu reliquorum instar clavis exemplarq; perenne
 Omine non dubio, & nomine Theiologum.

Hæc in submissæ devotionis signum composuit,
 & sanctissima quævis ominari Magnifico
 GLEIADIO, precariq; voluit

M. Johannes Godofredus Schülerus,
 Dresdensis,



Ung. VI 181

1018

V517



APPLAUSUS VOTIVI,
QUIBUS

VIRO

Magnifico, Summe Venerabili atq; Excellentissimo,

DO

JOAN. A

EÆ

GLE

Theologo Saxoniae cel
in Aula Regio-Ele

cionatori
imo,
iterato

*VIRO de Ecclesia
longe*

a Potentissimo Polc
Saxoniae

Electore

Domino ne

ad Consiliarii in
clesiasticis pe

rio & Ec-
ebus,

Amp
A. O. R. M D
fol

Felicit

Seq; ful
Can

DRES

